5

M. ANTONIO COLUMNÆ

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI HOSTILIANI &c.

REGNI SICILIÆ PROREGI

NUPER DUCI JULIANENSIUM

EPIGRAMMA

IN ALLEGORIA COLUMNÆ.



URbs Columen (1) fuerat , quam post dixere COLUMNAM ,
Unde est , ANTONI , stirpis origo tuæ :
Quæ Præneste inter stetit , & qua Tuscula tellus .
O quam longinqui temporis acta cano !
Ex tanto cœpit spatio crevisse COLUMNA ,
Quæ magna posita est , atque locata BASI .
Quam circum clypei pendent , bellique tropæa ,
Purpureæ chlamydes , Pontificalis apex ;
Plurima Majorum quæ sunt decora alta Tuorum .
Vix gens se Vobis æquiparare queat .
Stemmate Regali splendet quoque celsa COLUMNA ;
Etsi quis verum dissimulare studet ,
CAPITULUM deerat : Tu imponis , Maxime PRINCEPS ,
Ascendens quotquot sunt in honore gradus .
Et belli & pacis cunctos es adeptus honores ,
Ut PROREX Siculis denique jura dares .
Nobilitas generis , doctrina , atque inclyta virtus
Ab Rege hæc digno præmia digna ferunt .
Divitiis tantis , ac tot ditionibus aucta ,
Ut non invideat Nata Parentis opes .
His nihil elatus , subjectos , optime PRINCEPS ,
Non Domini , verum more Parentis habes .
O præcelsa Domus , Titulis , opibusque refulgens ,
Æternum vivas . Sit procul invidia .
Tanto Posteritas gaudes Cumæa (2) Patrono :
Et longo e somno , CUMA (3) , resurgis ovans .

(1) Liv. lib. 3. cap. 7. Ad Columen. (id loco nomen est) exercitu reducto castra ponit . Ubi vulgo legitur Relicto , forsan errore librariorum . Vide etiam Etymologicum Vossii ex Festo .

Lexicon Geograph. Ferrarii . Columen postea Colonna Oppidum Latii apud Algidum & Tusculum, ab urbe Roma paulo supra 12. millia passuum Præneste versus : excisum . Hinc nobilissima Colonensium familia profecta traditur.

(2) Cives Julianenses plerique ex Cumarum ruina .

(3) Mulier dormiens stemma vetustum Cumarum , quod est & stemma Oppidi Juliani. Quod etiam simulacrnm marmoreum est inædificatum cum aliis Cumarum monumentis turri Campanarum S. Sophiæ Juliani .

TRADUZIONE.

L'antica città Colume (1),
Che poi COLONNA dissero,
Fu tra Preneste e Tuscolo
Un tempo città nobile.
E pur non v'ha memoria
Del suo cadere, e nascere:
Il trapassar de' secoli
All'oblio tutto diedelo.
Su di tal BASE ergendosi
D'allor si diede a crescere
COLONNA, che ammirevole
Al ciel si vide estollere.
D'intorno quinci pendono
Triregni, e sacre Porpore,
Quindi armi, e trofei bellici,
Che tra di lor gareggiano.
O quante de' Tuoi Avoli
Son l'eccedenti glorie!
Che appena v'an prosapie,
Che pareggiar le possano:
Che in Stemma ancora Regio
L'alta COLONNA onorasi:
Sebbene il vero ascondere
Taluno pur si studia.
COLONNA sì magnifica
Soltanto era manchevole
Di CAPITELLO; e a imporvelo
Tu vieni, eccelso PRINCIPE.

Quanti gradi onorevoli,
Son in Pace, e in Milizia,
Qual subbietto degnissimo,
In Te tutti si adunano.
Così di merti carico
Il REGE divisandoti,
Ti diè per fin le redini
Del Regno di Trinacria.
Nobilità sì celebre,
Virtude sì ben cognita
Dal cuor d'un Re magnanimo
Qualunque onor si merita.
La Figlia, ch'è in Partenope,
Per Dominj e dovizie
La Madre non invidia
Nella città di Romolo.
Non v'ha perciò alterigia,
Ma gentilezza a' sudditi,
Perchè qual Padre t'amano,
Non qual Signor ti temono.
Magione Eccellentissima
D'ogni gran lustro splendida
(Lungi ne stia l'invidia)
Al mondo ti perpetui.
Or de' Cumani i posteri (2)
Per sì Gran PRENCE esultino;
CUMA (3) ritorni a sorgere
Dal lungo sonno, e giubili.

Di V. E.

Umilissimo ed Ossequiosiss. Serv.
Giuseppe Migliacci.

(1) *Nel Lessico Geografico di Ferrario.*

Columen fu città tra Frascati e Palestrina, distante da Roma sopra 12. miglia. Oggi il luogo si chiama la Colonna. E' tradizione di quì esser originata la nobilissima famiglia de' Colonnesi.

(2) *Moltissimi de' Cittadini Giuglianesi venuti dalla distruzione di Cuma: e così la giuridizione della Terra di Giugliano si distende fino a Cuma.*

(3) *L'impresa antica di Cuma fu una Donna dormiente, che presentemente è l'impresa dell'Università di Giugliano, che si vede ivi in un basso rilievo di marmo con altri monumenti di Cuma fabbricati nell'antichissimo Campanile della Chiesa di S. Sofia.*